



BIBLIOTEKA


Zakł. Nar. im. Ossolińskich

XVI 3510

Purbachii  
Algorithmus.  
per Hieronymum Vietorem Viennae auctr. 1515.







# Algorithmus ge-

orgii Peurbachii Mathematici omnium acutissimi non tam utilis quam necessarius.

5157

Rudolfus Agricola Iunior



Omnia constitui numeris sieriique uidemus,  
    • Ordinis est numerus quo sine nullus erit  
Seruata rerum serie subit æthera spissus  
    • Aer hunc humor suppositumque solum.  
Nil est quod primus non pulchre fecerit auctor,  
    • Ordinis ad numerum machina tota patet  
Sit pudor in numeris nil scire & dedecus omne  
    • His factum constat quicquid & usque manet  
Si lector docti non spernes chare Georgi  
    • Hoc breve opus paruo tempore pluraties.



Opus Algorismi iocundissimum Magistri Georgii Peurbachii Viennensis (praeceptoris singularis Magistri Ioannis de Monte regio) sacræq; mathematicæ inquisitoris subtilissimi summa cum utilitate editum.

**N**Vmeri propositi representationem cognoscere numerorum Mathematici tripliciunt. Quendam enim uocant digitum, qui minor est denario, aliud uero articulum, qui in decem partes æquales secari potest, nullo superstite. Alium quoque numerum cōpositum qui ex digito et articulo constat. Unitas autem non est numerus, sed principium numeri. Vnde ipsa habet se in Arithmetica, sicut punctum in Geometria ad magnitudinem. In hac autem scientia siinstrorum agi solet more arabicū qui ipsius primi extiterūt inuentores. Quilibet enim figura in proprio loco uersus dextrā posita significat figurā primariam ipsius impositionis. In secundo vocatur decies tantum, quantum in primo. tertius centesimis tantum. In quarto millesimis tantum et sic consequēter. Quare obseruare coenit ut semper supra quartam figuram punctus ponat qui millesimū notabit, deinde iterum supra quartam alius punctus, donec ad finem perueniat. Quo facto clarebit cuiuslibet figuræ representatio exprimendo enim cuiuscumque figuræ representationem tot millesimos nominabimus quot sunt puncta inter eandem figuram & primam inclusiue.

### De Additione.

**T**Num addere numeros plures ordines eorū sic scribe, q; omnes primæ sese respiciant atq; omnes secundæ sese respiciant & sic deinceps qbus ita ordinatis trahe sub eis lineā, & incipe opari a dextra parte, sibi coniungen-



8010484  
8020924

do omnes primas. Vel igit ex tali coniunctione primarū excrecit digitus uel articulus uel numerus cōpositus. Si digitus scribe talem digitū inferius sub linea indirecto pri marū. Si uero articulus scribe in loco directo cifrā, & digitū a quo talis articulus denominat postiunge cū secundis figuris. Si uero nuerus cōpositus scribe digitū qui est pars talis cōpositi infra lineam directā, & digitū a quo denominat articulus talis adde cū secundis figuris iunctis ita q̄ primis eodē modo sibi iunge secundas hoc obseruato si digitū aliquē ex additiōe primarū loco articuli meti tene as (ut dixi) cū secundis iunge, expeditis secundis ad tertias p̄cede deinde ad quartas & sic cōsequēter. Quum at ad ultima loca ueneris nō oportet amplius digitū in loco de narii (si fuerit) menti teneri, sed expresse ponie eo q̄ tūc nō sūt differentiae subsequētes qbus deberet addi. Et quādo cōtingeret differentias sibi iungēdas omnes esse cifras di recte nec expræcedētibus fuisset digitus articuli in illū lo cum reseruatus sub illis ppter sequentes esset scribenda cifra. Vtr aūt isto opere error cōmissus sit, an non sic ex perieris. Cuiuslibet ordinis addendi figurās collige piici endo nouem quotiens poteris, residuum uocabis probam, Acceptis aūt omnibus probis numerorū addēdor summa ipsas abiciiendo nouē iter si possis residuum tenedo & uocabis probā primā, Deinde simili mō accipe probā nueri ex additiōe creati, quæ si cū pba ante seruata concordauerit bene actū est. Si uero no scias errorē accidisse. Quare opus reiterandum erit.

De Subtractione,

**V**Num numerū ab alio subtrahere. Ordina subtra hendum qui ē minor uel maxie æqualis esse debet.

978321  
220.9432  
Vel itaq; pxa. ut  
vel alioq; pxa. ut  
gratia qd. pxa. ut  
de subtractione  
ter qd. prima sit sub prima & secunda sub secunda & sic  
deinceps. Et sub hiis ordinib; linea trahie. Incipe qd. ab hiis  
operari a parte dextra Vel itaq; prima inferioris ordinis  
epar sibi suprapositi uel minor ea uel maior si par sub li-  
nea inferiorius indirecto primam scribe ciffrā. Si minor tunc  
scribe tibi illud quo superior excedit inferiorē. Si uero ma-  
ior quoniam minus a minori subtrahi nō cosueuit accomo-  
danda tibi in mente erit unitas a proxima figura uersus si  
nistram bene considerando residuum eius siquid fuerit quæ  
quidē unitas respectū tuæ a qua debet fieri subtractio de-  
nariū ualeat. Iuncto itaq; denario tuæ figuræ ab aggrega-  
to aufer subtrahendū & residuum inferiorius sub linea scribe.  
Si tñ figura sequēs a q̄ mutuāda erat uitas et uitas bñ  
considerabis in mente Nam facta mutatione in eodem loco  
nil digitorū significatiuor ibi remanserit. Ideo loco elius  
cifram imaginari debes. Et si talis figura sequies eslet cif-  
ra transwendū tibi ultra est donec uenias ad figurā signi-  
ficatiuā & tibi accommodata unitate bene considerando re-  
siduum elius in redēndo loco cuiuslibet ciffræ per transitæ  
nouenariū imaginare. Et cū ueneris ad figurā a qua debet  
fieri subtractio denariū sibi iunge & a collecto subtrahere  
& residuum inferiorius ut prius describe. Quo facto age simi-  
liter de secunda inferioris ipsam subtrahendo a secunda su-  
perioris ordinis. Deinde tertii idem & sic cōsequenter ad  
finē. Hoc tñ ualde obseruabis qd. si prius in subtractione  
unitatē ab aliqua mutuali qd. iā nō a tota sed ab ea min⁹  
unitate hoc est a residuo quod atea te iussi obseruare fiat  
ablatio ciffræ. Vel si nouenariū loco ciffræ reliqueris mē-  
taliter iā a tali nouenario demas inferiorē & si tibi tamen

quādōq; ciffra occurrat a qua debet fieri subtractio figurae significatiuae mutua unitatē sicut dictū est antea. Probatō si uelis examinare op̄ cuiuslibet ordinis. Accipe probam ut in additioe. Deinde collige probas ordinis subtrahendi & ordinis residui. Item accipe probam numeri subtracti hendi hoc est nūeri a quo debet fieri subtractio abiciēdo nouem quotiēs oportet quod si collectum ex probis numeri subtracti & numeri residui inēquale fuerit probē reliqua errasse tescias. Si æquale diligentia adhibita concludas bene actū esse.

### De Mediatione.

**D**umerū quemcūq; mediare eo per suas differentias scripto lineaq; sub ipso ducta opari incipias a parte sinistra. Vel igitur ultimā differentia numeri est par uel impar. Si par eius medietatem directe infra lineam scribe sub ipsa figura. Si impar proximi numeri paris sub illo contenti inferius scribe medietatē tenendo unitatē superfluam in illo loco bene memoriae. Si tamen ultima eet unitas eam cū penultima tanquā articulū respectū ei⁹ duces mediandam. Eo pacto de penultima uersus dexteram procedēdo. Age deinde de aliis & sic consequēter. Hoc tamen animaduertendo q; si prius unitates aliquā superflua mētā tentisti eam iam tanquā articulum cum sequenti digito (si digit⁹ fuerit) aut ipsam solam tanquā denariū (si sequitur ciffra) dimidiabis. Et medietatem sub tali digito aut ciffram inferius scribito. Et si tibi ciffra quandoq; occurrat apud quā prius nullus digitus superfluis est reseruatus inferius scribito ciffra & si cōtingat q; in primo loco uersus dextram reperiatur impar. tunc ibi oportet loco unitatis superfluae post finem numeri aliquo spa

atio interiecto scribere ut sic talis uiratis medietatē sub ipso proxio pari minori (si fuerit) eo pacto ut prius dictū ē diuidiato Si tñ prima ēet unitas & apud secudā nō esset supflua uitas reseruata tūc sub prima inferius esset cifra scribēda & post interiecto spatio medietatis unī signum faciēdū Proba Adde nūeros sub regula ut i additōe quā dupla pbā nūeri inferioris & si pbā duplicata inferioris pbā superioris ordis inaeq̄lis sit errasse te scias.

## De Duplicatione,

**D**umerū quēcūq; duplare ipso scripto scribe eū iterū sub se sicut in additōe fieri solet a dextra uerū sinistrā traeta linea inferiō adde unū alteri mō dictō de additōe & factū est. Si tñ haberes extra ordinē & pro tali duplādo adderes primis prius in dextera pte unitatē Vel si libet poteris ita facere trahe sub nūero quē duplare uelis lineā & incipe opari a dextris uel igit̄ in duplatōe pri- mā surget digitus uel articulū uel nūerus cōpositus. Si digitus eū inferiō primo loco scribe. Si articulus inferiō scribito cifrā & unitatē articuli post iūgas cū duplo secūdāe figurā. Si uero nūerus cōpositus inferiō scribe digitū pte talis cōpositi & cū unitate articuli fac ut prius. Deinde p cede ad secūdā figurā post ad tertiam & sic ad finē bene tñ numerādo si saltem prius in mente reseruata fuerit unitas unī articuli in locū talem cū duplato copulabis. Et si cifra tibi occurrat cifram inferiō scribe nisi prius in mente reseruasses unitatē tūc enī talē oportet loco cifrāe inferiō describi, pbatio sicut in mediationē est.

## De Multiplicatione,

**D**umerū quēcūq; multiplicare. Primo te in pmptru bene scire necesse est. Si saltē aptus uelis esse huic

negotio discipulus. Si quid ex inductiōe singuloꝝ digitorꝝ nouē in eoꝝ quēlibet producat. Nam si illud ignoras certifico te nisi des operā ad id cōgnoscendū inutilis eris huiꝝ rei auditor. Asuefatias igit̄ te ipsū in illis nouē digitis. Primo & in p̄uis non est opus isto cū de se sit apertū sed solū in maioribꝝ p̄ cuius meliori subsidio cape regulā illā anti quā Quilibet digitus in aliquē digitorꝝ multiplicat⁹ p̄du cit eū numer⁹ q̄ manet postq̄ ab articulo a miōri digito de noīato minor digit⁹ totiens detrahaſ̄ quot sūt unitates a maiori digito ad denariū cōplendū ut ter octo sūt trigita dēptis idē bis trib⁹ postq̄ igit̄ digitorꝝ oīuz multiplicatōs in p̄mptu tenes ad opus accedere potes.

Tabula probæ.

1	2	3	4	5	6	7	8	9
2	4	6	8	10	12	14	16	18
3	6	9	12	15	18	21	24	27
4	8	12	16	20	24	28	32	36
5	10	15	20	25	30	35	40	45
6	12	18	24	30	36	42	48	54
7	14	21	28	35	42	49	56	63
8	16	24	32	40	48	56	64	72
9	18	27	36	45	54	63	72	81

Scribe igit̄ nūerū itaq̄ equum uelis multiplicare p̄ su uas differētias & unnerū p̄ quē il lud facere uis sub eo uel supra eū sic p̄ p̄ia sit sub pri ma secūda sit sub

secunda & tertia sub tertia & sic deinceps incipiēdo a par te dextra & suadeo eum ponas inferius qui pautiores nu mero habet figurā. Si saltem unus plures quam alter habeat & sub eis trahe lineā et incipias opari a pte dextra ducendo primo primam inferioris ordinis in singulas su piores scđ'm ordic̄ uel ergo ex p̄ia īferioris ī p̄iaꝝ supio ris ordis excrescit digit⁹ uel articul⁹ uel nūer⁹ cōpositus

Si digitus scribe talē sub primis figuris infra linea. Si articulus ibidē scribe cifrā & digitū articuli meōriæ cōmen-  
da Nā ipsæ iungēdus est pducto ex eadē prima inferioris  
in sequētē proxie superioris ordinis. Si uero nūer⁹ cōposit⁹  
in primo loco inferioris scribe digitū partē talis cōpositi &  
cū articulo fac ut iā immediate dictū est. Vel si ex tali pro-  
ductō nihil pueniret & inferioris ē ponēda cifra cōsimili-  
ter deīde duc primā inferioris in secūdā superioris ordīs &  
pducto si prius reseruasti aliquē digitū meōriæ digitū ta-  
lem cōiunge, & tūc tale pductū si nūerus ē uel erit digit⁹  
uel articulus uel nūerus cōpositus. Si digitus scribe in se-  
cūdo loco inferioris. Si articulus scribe cifrā in tali loco in-  
fra linea & digitū articuli tene in mēte quia iungēdus est  
pducto ex eadē inferioris in proxie sequētē superiorē. Si nu-  
merus cōposit⁹ in tali loco inferi⁹ scribe digitū q̄ est pars  
cōpositi & de articulo fac ut dictū ē. Si tñ tale prouentū  
nihil effet pone ciffrā in tali loco inferioris. Eodē mō facias  
ducēdo eandē primā inferioris in tertīā superioris deinde in  
in quartā post i quītā si tot sūt donec eā duxeris in ūes su-  
periores. Valde tamē obseruādo q̄ digitī reseruati si sibi  
post pductōem addātur & cōiuncti scribant debito ordī-  
ne, ita q̄ puenti ex prima i primā digitus uel cifra in p̄rio  
loco inferioris scribat. Ex ea in secūdā superioris in secūdo lo-  
co. Ex ea in tertīā superioris i tertio loco. Ex ea in quartā su-  
perioris i quarto loco & sic cōseqñter. Expedita p̄ria ipsā  
cācella ad designādū q̄ iā sit expedita. Deinde eūdē tene  
modū ducēdo secūdā inferioris i singulas supiores eo ordī-  
ne scribendo pducta, nisi q̄ prima huius secūdi ordīs erit  
sub ipsa secunda iſerioris. Eodē mō fac de tertia ipsam in  
singulas supiores ducendo & incipiendo ordinem talium

productorū inferiorū sub eadē tertia & sic cōsequenter de  
aliis si sint usq; ad finē non cessando donec quālibet inferi  
orū duxeris in quālibet superiorū. Et quādo aliquā expe  
dieris ipsā cancella. Et scito q; ex ductione ciffræ in ciffrā  
uel in digitū non puenit nisi ciffrā uel digitus, ideo tūc cif  
frā si nihil reserualsti sibi iūge, et in loco suo q; sibi debet ex  
ordine scribe. hac ex ratiōe si ciffrā fuerit ī ordine inferiori  
ipsā p̄trāsire potes n̄isi q; eā in solā primā superioris ordi  
nis ducas ppter ordinē. Aut si fuerit in priō loco ne sequē  
tes minus significēt nō est nisi seruare debitū ordinē & ni  
hil necessariū omittere. Quibus ita cōpletis oīnes ordies  
infra linea sibi iūge iuxta modū datū in additiōe. Non tñ  
mutādo sitū & inceptionē eorū & pductū ex eis erit id qđ  
puenit ex multiplicatiōe taliū nūeroꝝ. Proba ducta mul  
tiplicatis in probā multiplicādi piiciēdo nouē quotiēs o  
portet si quid superest quod probā numeri producti non  
æquat opus iterare cogeris.

Dē Diuisione,

**N**umeꝝ quēcūq; p æqlē uel minorē se diuidere, pone  
ultimū diuisoris sub ultia diuidēdi, penultia sub pe  
nultia et sic deinceps. Si saltē suprapositiū præcise diuisore  
sit eo maius uel sibi æqle. Nam si min⁹ effet, tūc ultima di  
uisoris effet tibi ponēda sub penultima diuidēdi, & penul  
tima sub ante penultimā & sic deinceps. Deinde trahe li  
nea deorsū a pte dextra ante numerū diuidēdi, quibus ita  
positis, uide quotiēs ipse diuisor præcise contineat in sibi  
supraposito, quod ad maximū nonies fieri potest, ad mini  
mū uero semel, & talē digitū designatē quotiēs huiusmōi  
scribe in directo numeri diuidēdi aī linea, & diuisor p tale  
quotiēs multiplicatus subtrahat a sibi supraposito ipsū

B

quidē suprapositiū cācellādo, & residuū si qd fuerit supra  
cācellatū scribēdo. In hoc aut̄ iūo uteris īgenio cōsideran  
do quotiens ad maximū ultima diuisoris possit detrahi a  
sibi supraposito ita tamē q̄ totiēs penultima a suprapo  
sito suo et residuo priori si qd fuerit etiā possit simul et re  
liqua singule totiēs possūt a sibi suprapositis detrahi scri  
pto itaq; digito quotiēs et diuisore per eū multiplicato in  
singulis suis differētiis & pducto a suprapositis suis abla  
to, prioribus cācellatis, & residuo si fuerit rescripto ordi  
nē diuisoris anteriorabis p unicā differentiā uei sus dextrā  
sic q̄ quālibet figura eius sit uicinior lineāe tractāe ī uno lo  
co quā prius fuerit. Priorē qdem ordinē solū cancellando  
et nonū sub priori ita anterioratū rescribēdo, et iterū uide  
modo priori quotiēs diuisor possit subtrahi a sibi tunc su  
praposito, solum nō cancellatas aduertēdo & digitū tale  
quotiens ostendētem scribe post digitū prius ante lineam  
scriptū & fac sicut prius. Deinde iterū anteriorabis ordi  
nēm diuisoris & ita ages consequenter digitos quotiēs de  
signantes post quālibet anteriorationē secundū ordinem  
scribendo, & a tali operatione non cessando donec prima  
diuisoris perueniat sub primā diuidendi, & ibi ultimo diui  
soris ordo a sibi supraposito relicto auferat, quādocunq;  
tamē post anteriorationē ordo diuisoris non pot subtrahi  
a sibi supraposito tūc in ordine digitorum pro quoutiente  
debet ponī cifra, quibus ita peractis, numer⁹ digitorum  
quotiens scilicet ante lineā, ostendit tibi q̄ unitates de nu  
mero diuidendo unicuiq; unitatū numeri diuisoris cedant  
& si aliquid in suprapositis remāserit, hoc oportet esse mi  
nus diuisore. In hiis autē omnibus speciebus una probat  
aliam. Additio nāq; subtractionē, Mediatio Duplationē

Multiplicatio Diuisionē, & econtra hæc illā. Alia proba  
Si ex numeris quotiens & diuisoris unā in aliā duxeris, &  
ide productū uel residuū abiecto nouenario probe nume/  
ri diuisi in æquale uideris, errasse te intelliges, & si de nu/  
mero diuiso residuū fuerit minus diuisore, ipsius probam  
addas producto ex probis numeri diuisoris & quotiens,  
deinde uia superioris procede,

De Progressione.

**O** Viuiscunq; Progressionis sūmam artificialiter repe/  
rire progressionē uocamus quādo omniū locorū sibi  
proximorū differētiæ siue excessus sunt æquales, numera  
itaq; locos quot habeat tua progressio, & talem numerū  
locorū nota, iūge etiā primū ultimo, qd̄ quidē coniunctū  
etiā nota. Necesse est autē q; ad minus alterū notatorū sit  
par, ipsum igitur quod par est quodcūq; sit illud media,  
& medietatē per reliquum multiplicata, & productū exiens  
ostendet tibi summā totius progressionis. hui⁹ demōstra/  
tio habet ex Iordanō dici cōsueuit tres uarias esse pgres/  
siones, scđm numerū trium medietatū Arithmetricā, Geo/  
metricam & Armonicam. Potissime tamē ea progressio  
dicitur quæ naturā Arithmetricæ tenet. Sed cum termini  
sint ad placitū instituentū placet & nobis omnes has uo/  
cari progressiones, Arithmetricā namq; dicimus pgressi/  
onem quando semper sequens locus præcedentē superat  
æquali differentia, exemplum 2. 4. 5. 8. 10. &c. Geometri/  
ca autē est quādo excessus non sunt æqles, sed tā excessus  
quā termini seſe consequenter habēt in eadē proportione  
Sed Armonica dicitur quando eadem proportio est ma/  
ioris termini ad minorem, qui est excessus maioris super  
mediū ad excessum mediū super minorem. Et illa, solum

in tribus terminis fieri habet, id eo p additione eoꝝ faciliter cognoscit ſumma. De priā aut̄ p gressioē dictū est, igit̄ tantū de ſcda ſc3 Geometrica reſtat ponere ſigulas. In dupla igit̄ p gressione, terminū minimū a maximo deme, & qđ ſupeſt maxio iunge & exibit ſumma totius. In tripla, uero minimū aufer a maximo & residui mediataē ad maximū adde. In quadrupla dēpto minimo de maximo residui tertia pars maxio adiecta, totā ſumma efficiet. In quintupla poſtq ablatuſ eſt minimus a maxio eius qđ manet q̄r tā partē ſup ipsū maximū adde, & ſic conſequēter ppor cionabiliter. De ſequētibus hunc ordinem age.

CIVIVSCVmq; numeri quadrati uel maximi qdrati ſub numero ppoſito cōtentи radicē quadratā extrahere, ſcripto nūc eo p ſuas differētias & traecta linea deorsū ut in diuisione ſignabis ſupiuſ puncta primā, tertiā, qntā &c. ſc3 oēs differētias in paribus locis poſitas tot enī erūt figuræ in radice quā quæris quoſ ſunt differētiae punctis ſignatae in numero ppoſito. Etiā ſolū ſub differētiaſ ita ſignatiſ oportet digitos repire ut dicif. Incipe itaq; ſub figura ultimō puncto ſignato ibi iuenies digitū q ductus in ſe deleat id qđ ſupra ponit in eo loco in quo eū iuenies uel debeat in q̄tum uicinius potest, talis aut̄ digitus ad maximū pōt eſſe nouenarius ad minimū unitas, quo repto ſcribe eū āte lineaī uerſus dextrā ut in diuisione fieri ſolet, & ipſo in ſe multiplicato & pducto a ſupra poſito loco inuentōis ſuæ ſubtracto & ſuprapoſito cāceliato rēſiduū ſi qđ fuerit reſribas ſupiuſ, deinde digitū inuentū duplabis & duplatū ſcribe ſub proxima figura uerſus dextrā aī locum inuētio niſ digitū, quo factō ſub pxiſma figura aī duplatū iuenias unū digitū q ductus in duplatū deleat ſuprapoſitū dupla

to deinde ductus in se' deleat suprapositū loco in quo q̄ris  
eū, uel ut uicini⁹ potest, & in digitī talis inuētione utere in  
genio dictō circa modū diuidēdi quo repto scribe eū ante  
digitū prius inuentū et facta multiplicatiōe ei⁹ induplatū  
& produceto subtracto a supraposito duplati & ipso in se  
ducto & ablato a supraposito loco suæ inuentiō is cācella  
tis suprpositis & residuis si fuerit rescriptis sup ius dupla  
digitū iā inuentū, & duplatū eius pone sub pxima figura  
uersus dextrā aī locū in quo inuent⁹ est, & duplatū prius  
añriora p unā differentiā, & si qd ibi in duplato scđo cre  
uit i locū articuli ipsū addas cū primo duplato añriorato  
Post iterū sub pxima figura aī duplata inuenias digitū q  
ductus in duplata deleat suprapositū loco inuentiōis suæ  
uel sicut uicini⁹ pōt, Et si qñq; cōtingeret q; null⁹ digitus  
reperiri tūc in ordine digitorū inuentorꝝ ponēda est cifra.  
& in locū duplati talis cifrae ponenda est cifra sub pxia  
figura aī locū inuentiōis, & postea fiat añrioratio dupla  
torū priorꝝ, Nec cessandū est a talis digitī inuentiōe descri  
ptiōe in duplata & seductiōe & duplatiōe, ac duplatorū  
añrioratōe donec sub primā nūri ppositi sit puentū et ibi  
reptus fuerit digitus q ductus in oīa duplata deleat supra  
positū duplatorꝝ & ductus in se deleat totū residuū nūeri  
propositi, uel inq̄tum id uicinius fieri pōt, qbus ita pactis  
ordo digitorꝝ inuentorꝝ est radix q̄drata numeri ppositi si  
nihil māsit supfluū, si uero qd remāsit tūc est radix q̄dra  
ta maioris quadrati sub nūero proposito cōtentī q quidē  
q̄dratus resurget si tale q̄ supfluerit dempseris a numero  
pposito prouenit etiā si radicē inuentā in se multiplicaue  
ris & illud in locū probationis accipere potes.

Finis Algorithmi Magistri Georgii de Peurbach.

B ;

## De Regula aurea siue de tre.

Sunt quidam numeri dicti proportionales sic se habētes q̄ sicut se habet primus ad secundū ita tertius ad quartū exemplum 2.4.6.12. Si itaq; aliquis inter illos fuerit ignotus quē tibi notum fieri cupis, accipe hoc documentū. Si talis ignotus fuerit unus de extremis, tunc multiplicat me dios inter se & productū diuide per extremū notum & numerus quotiens ostendet extremū qui quārebat. Si uero talis ignotus fuerit unus de mediis extremi inter se multiplicent, & productum diuidat p̄ mediū notum & exibit is q̄ quārebat. Ex hoc fundamēto opatio regulæ de tre prīcipiū sumit, cui⁹ regulæ tota uis & facilitas cōsistit in mō scribēdi ut uidelicet semp̄ preciū sub precio, & res sub re scribat, & breuiter qdlibet sub suo genere, hoc factō fiat multiplicatio cōtradicторie, & diuidat p̄ductū p̄ reliquū numerū, exemplū 12, oua emunt̄ quattuor denariis quae rit̄ quot denariis emunt̄ 30, oua, pone sic ut inferius multiplicat 4. per 30, & exeūt 120, q̄ diuide p̄ 12, exeunt 10, dic ergo 30, oua emunt̄ 10 denariis, eo modo fac i similibus. Aliud exemplū duæ ulnæ panni dant̄ p̄ 8 solidis quāero quot ulnas possū emere pro 56 solidis, fac ut fecisti in pximo exemplo & reperies q̄ 14. emas pro 56. solidis.

Secūda Regula quae societatis uel mercatorū appellat̄ tali declarat̄ exemplo.

Sint tres mercatores quorū Primus ponit 20. ducatos, Se cūdus 60. Tertius 100. Cum hiis lucrant̄ 1000. ducatos q̄ritur qd̄ cuilibet cedat de lucro, fac illo modo, summā mercatorū collige & illud collectū serua p̄ diuisore deinde multiplicat summā cuiuslibet mercatoris seorsū p̄ numerū lucri, & productū erit numer⁹ diuidendus quē per diuisore

prius seruatū partire & numerus quoties ostendet q̄tum  
illi cuius summā accepisti de lucro cedere debeat.

Sequuntur nūc Enigmata quorū Primū est istud.

Dominus aliquis dat famulo suo centū ducatos ut uadat  
Venetas p̄ emendis pipere, zinzibere, croco, & muscato,  
hac cōditione ut de una specie tantū emat quantū de alte-  
ra. Nec p̄ plus q̄ centū florenos exponat. Quæreris quantū  
de qualibet specie emet, fac sic considerā preciū cuiuslibet  
speciei ex quo precio ad unā denominationē redacto  
unā fac sūmam p̄ quā diuide pecuniā a dñō data & resul-  
tat quæsitū. Ex hoc enigmate accipe practicā regulāe æq-  
litatis quæ docet embiliū pondus æquale reperire.

Aliud Enigma.

Tres socii lucrant' 12. ducatos ex illis prim⁹ debet habe-  
re medietatē sc̄dūs terciā partē, tertius quartā. Quæreris  
quid cuilibet cedat, fac sic collige terciā partē quartā par-  
tē & medietatē de illo numero 12. et erūt 13. & deinde mu-  
tiplica 12 p̄ 6. & pductū diuide p̄ 13. & habebis in quocte-  
te qd̄ debeat habere primus. Iter⁹ multiplica quattuor p̄  
12. & pductū. Iter⁹ diuide p̄ 13. et habebis qd̄ debeat sc̄do.  
Et iter⁹ multiplica 3 p̄ 12. & productum diuide per 13. &  
uidebis quid debet habere tertius.

Aliud Enigma.

Ex q̄ttuor sociis q̄libet ponit 39 florenos q̄ p̄ annū faciunt  
lucrū 10 florenorū. Sūt & alii quoꝝ q̄libet ponit tot flo-  
renos quot ipsi sūt socii, hii priores etiā lucrant' 10 florenos  
p̄ annū, q̄rit̄ de sc̄da societate quot fuerūt socii. Sic agas  
nūer⁹ priæ societatis multiplica p̄ 36 sc̄dū p̄ nūer⁹ florenorū  
& uenīt 144, cuius quære radicē q̄dratā ostēdit q̄situ.

Aliud.

Sit proposita aliqua summa incerta, Quærit<sup>ur</sup> quo pacto quantitatē illius absq<sup>ue</sup> numeratiōe scire liceat, fac illo modo dic alteri ut eandē summā numeret p tria, & si post numerationē facta p tria superest unitas signa tibi 70, si autem remanēt duo signa tibi 140, deinde dic alteri ut eandē summā numeret p quicq<sup>ue</sup> quo facto quot remāserint unitates totiēs signa tibi 21. Deinde dic alteri ut eandē summā numeret p septē quo facto quot remāserint unitates totiēs signa tibi 15. Deinde summam omnium signatorū collige & a collecto aufer quotiens potes 105, & residuum ostendet quæsitum,

Aliud.

Peto campisore ut mihi florenū cambiat ungaricale q<sup>ue</sup> tē potibus nūc currētibus ualeat 10 solidos & det mihi denarios obulos, & cruciferos grossos, & de una materia monetē tantū quantū de alia quærit<sup>ur</sup> quo dabit obulos quot denarios &c. fac eodē modo sicut docet regula æqualitatis. Deductis obulis denariis &c. ad unā denominationē uidelicet ad obulos et illa simul iunge, et coniuncta diuide p florenos ad similem denominationē & ductū, & numerus quotiens ostendit quæsitum.

Per Hieronymū Vietorē Viennæ Austriae  
19 die Octobris, Anno 1515.



